



LITTERAE APOSTOLICAE

Nos,
vota Venerabilis Fratris Nostri
Matthaei Mariae S.R.E. Cardinalis Zuppi,
Archiepiscopi Metropolitae Bononiensis,
necnon plurimorum aliorum Fratrum in Episcopatu
multorumque christifidelium explentes,
de Dicasterii de Causis Sanctorum consulto,
auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus,
ut Venerabiles Servi Dei

UBALDUS MARCHIONI, presbyter dioecesanus,
MARTINUS CAPELLI, presbyter professus
Congregationis Sacerdotum a Sacro Corde Iesu,
ELIAS COMINI, presbyter professus
Societatis S. Francisci Salesii, martyres,
pastores et boni Samaritani, qui, evangelica caritate erga gregem sibi commissum
animati, eius aerumnas usque ad sanguinis effusionem participaverunt,
Beatorum nomine in posterum appellentur atque die tertia decima mensis Octobris
quotannis in locis et modis iure statutis celebrari possint.
In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die quinto decimo mensis Augusti,
in sollemnitate Assumptionis Beatae Mariae Virginis, anno Domini
bismillesimo vicesimo sexto, Pontificatus Nostri secundo.

Leo P.P. XIV